



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Mulier pedibus paralytica vires pristinas resunit, voto eidem piè facto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

Frater Lambertus ita intumescens & miserè affectam sinistram gestabat manum. vt ignorans quo sibi vltra vtendum foret remedio, permiserit chirurgo eam incidere, & de facto carnis non minimas particular præscidit: sed inde nullum sensit doloris, quo premebatur, leuamen. Cum ergo eores deuouisset, vt manus suæ vsu se penitus priuandū existimaret, ad gloriosam Virginem, que hic in honore est, extremum perfugium habuit, ac, seipsum illi piè deuouendo, manum ceream promisit, & illicò sanus factus est.

*MVLIER PEDIBVS PARALYTICA
vires pristinas resumit, voto eidem
piè facto.*

CAPVT XXIII.

Idem frater Lambertus affirmabat se famam quam quandam vidisse ex Theusia, ad eò præ morbi grauitate viribus impotentem, vt in pedes stare nullatenus posset. Quod ipsam permouit vt voto peregrinam se faceret B. Virgini Camberonensi cum oblatione duarum tiliarum cerearum, sicque protinus corroborata ac etiam sanata est.

IVVE